



Syllabus contentorum.

1. Orientii Commonitorum fidelium, cum notis Henr. Leonh. Schurzfleischii.
2. Christ. Gottfr. Stenzelii Liber de aurum blandimentis veris magis quam blandis.
3. Io. Abrah. Birnbaum de natura ac usu studii antiquitatum liber singularis.
4. Io. Christian. Fischeri selecta et rara Latii purioris monumenta, obi habentur a) Frid. Gotthilf Marschall dicti Greiff Panegyricus in obitum uxoris Sophie Elisab. Schwartzensfelsiae. b) Io. Phil. Sieugii Progr. de uno studiorum genere feligendo. c) Eiusd. Progr. de hierarchia Romana. d) Christian. Gott. Schwarzkii Progr. in obitum Christian Gottfr. Laur. Rinxii. e) Epistola quedam selectiores virorum doctissimorum e Mstis eruta. f) Varia poetica, ut a) Vlr. de Hutton Vir bonus. g) Eiusd. Ovtis, Nemo. h) Io. Alexand. Brascani Nax, Omnis. i) Eiusd. Elegia Mopas in dolio. j) Io. Passeratii Nichil. k) Io. Henr. Aceri Carmina nonnulla. l) Io. Christian. Fischeri Panegyricus in natalem Friderici IIII. principis heredis Saxonis Gothani. m) Ei. Oratio de concordia rationi et perspicue elegantisq. latinae dictio[n]is. n) Ei. Comentao de iudicio phrasium stili Romani vulgo neglecto. o) Inscriptio.
5. Io. Henr. Schusteri Schedion critico-philologicum, in quo genuina indoles linguarum IV. cardinalium, scilicet Germanicae, Latinae, Graecae ac Hebreae, simulq. nœui quidam in vulgaribus praecipites, nec non aliqua compendia doctrinæ adhibenda ostenduntur.
6. Georg. Christian. Hallbaueri Diss. de recta linguarum discendarum ratione.
7. Eiusd. Diss. de scriptura, eis origine, natura et variis modis, precipue per litteras ex ære fusas.
8. Christ. Gottl. Ioecheri Diss. de M. Antonii Triunviri Timonio.
9. Sigism. Frid. Dresigii Comentatio de correctorib[us] imperii Romani.
10. Io. Christian. Fischeri Diss. de Hubertino clericu[m] Crescentinate, elegantiorum litterarum saeculi XV. in Italia instauratore.
11. Erhard. Reuschii Diss. de bibliothecis Romanorum.
12. Mich. Lilienhals Diss. de philothecis varioq. earundem usu et abusu.
13. Io. Henr. Martii Diss. de præcipuis iisdemq. antiquis litterarum statorib[us] ac Mæcenatisib[us].
14. Sigism. Fritschii Diss. de præcipuis iisdemq. recentiorib[us] litterarum statorib[us] ac Mæcenatisib[us].
15. Io. Gottlob Guttleri Comentatio de lectione monumentorum Græcorum Latinorumq. acroamatica et eis in primis dignitate.
16. Sigism. Frid. Dresigii Animaduersiones in Fabri thesaurum continuatae.
17. Dan. Guil. Mollerii Diss. de S. Aurelio Victore.
18. Eiusd. Diss. de C. Fannio.
19. Io. Gottfr. Hauptmanni Diss. de Atticismo.
20. Io. Georg. Eccardi Censura diplomatica Carolini de scholis Osnabrugensis ecclesia Gracis et Latinis, ab obiectiōnib[us] Iodoc. Herm. Nunninghi vindicata.
21. Sam. Florentis Liuini Diss. de professorib[us] veteris ecclesia martyrib[us].
22. Gottlieb Wernsdorffii Diss. de constitutionum apostolicarum origine, contra Guili. Whistonum.
23. Io. Iust. Spier Diss. qua testimonia patrum V. primorum seculorum de Pauli apostoli itinere in Hispaniam confecto labefactantur.
24. Alexand. Politi Oratio de literarum Græcarum necessitate.
25. Adr. Stegeri Diss. de insulis sacra dignitatis insignib[us].
26. Iac. Perizonii Diss. de rebus atque incrementis Prusorum.
27. Io. Frid. Weidleri Diss. de sacramentalib[us].
28. Io. Iac. Syrbii Sententia theologorum nostratium de determinata futurorum contingentium veritate adserita.
29. Erh. Reuschii Diss. de immutabili natura lege.
30. Io. Georg. Walchii Diss. de episcopo patre spirituali.
31. Eiusd. Diss. de variis theologiam tradendi methodis.
32. — Historia transubstantiationis pontificia.
33. — Diss. de formulis salutandi apostolicis.
34. Henr. Hilaingsii Diss. de methodo demonstrandi mathematica, ad res theologicas non applicanda.
35. Frid. Iac. Trenhaberi Diss. de eodem arguento.

36. Io.
37. Mat.
38. Chri.
39. Georg.
40. Hen.
41. Io.
42. Io.
43. Gust.
43. Gott.
44. Corn.
45. Chri.
46. Eiū.
47. Chri.
48. Iul.
49. Io.
50. Got.
51. Au.
52. Io.
53. Ern.
54. Chri.
55. Geo.
56. Chri.

36. Io. Leonh. Frisch Origo characteris Sclavonici, vulgo dicti Cirulici.
 37. Matthiae Nicol. Brauns Disp. de dominatu pontificis Romani.
 38. Christoph. Matthei Pfaffii Petrus Balius scepticorum refutatio.
 39. Georg. Henr. Ribouii Disp. de controversiis eruditorum generatione consideratis.
 40. Henr. de Bello nouo Meditationes rationales, quibus veritates quadam philosophica ab
erroribus sectatorum Wolfii Aeneus vindicantur.
 41. Io. Dan. Herrschmidii Progr. de discrimine artis rhetoricae et homileticae.
 42. Io. Gottlob Stoltze de questione: an concubinatus sit tolerabilior polygamia?
 43. Gust. Georg. Zeltneri Schediasma de theologo suspicio.
 43. Gottfr. Christoph. Claudii Responsio ad vindicias Pilgerianas.
 44. Corn. Dieter. Kochii Progr. de disputatoribus nonnullis in ecclesia medii sui infelicitate,
nominatin de Felice Vrgellitano et Elipando Toletano pontifice.
 45. Christian. Breithaupti Progr. de rebus Scholasticorum in metaphysica commissis.
 46. eiusd. Dis. de existentia demonum.
 47. Christian. Wolfii Specimen physica ad theologiam naturalem applicata, sistens notionem
intellectus divini per opera natura illustratam.
 48. Iul. Franc. Duue Progr. de propositis ac fatalibus clericorum quorundam in politicis
rebus consilium.
 49. Io. Frid. Wutherers Dis. de aequilibrio affectuum in temperamento cholericico-melan-
cholico, in ordine ad religionem, munera curam et patientiam.
 50. Gottlieb Sam. Treueri Dis. de compendiaria eruditione.
 51. Aug. Mülleri Dis. de inuidia.
 52. Io. Iac. Mülleri Dis. moralis de propædeumatibus.
 53. Ernest. Conradi Dis. de surdorum enuntiationibus.
 54. Christoph. Schreiberi Dis. de cometis.
 55. Georg. Goetzi Dis. de cataclysmo Thuringiaco.
 56. Christian. Schultens Dis. de baccalaureo.

Gesammelbd.

Godofredus Ludouicus Krüger,
 Mülhusinus, me sibi comparauit
 Luedlinb. d. 24. iul. 1742.

cp. 2. f. 8. 78





5
6
7
8
9
10
11
12
13
14
15
16
17
18
19
20
21
22
23
24
25
26
27
28
29
30
31
32
33
34
35
36
37
38
39
40
41
42
43
44
45
46
47
48
49
50
51
52
53
54
55
56
57
58
59
60
61
62
63
64
65
66
67
68
69
70
71
72
73
74
75
76
77
78
79
80
81
82
83
84
85
86
87
88
89
90
91
92
93
94
95
96
97
98
99
100

51. 54

I. J.
DISSERTATIONVM MORALIVM
PRIMA
DE
PROPÆDEV
MATIBVS
QVAM
BENEVOLO AMPLISSIMÆ FACVL
TATIS PHILOSOPHICÆ INDVLTV

P R A E S I D E
M. JO. JAC. MÜLLERO
FACVLT. PHILOS. ADJ.

PVBLICO ERVDITORVM EXAMINI SVBMITTET
JO. FRIDERICVS DE Ritter /
EQVES SAX.

IN AUDITORIO PHILOSOPHORVM
AD DIEM  JAN.
A. C. CI C IOC LXXXV.

J E N Æ,
Typis JOH. DAV. WERTHERI.

1681



ДІЛІАНОВІ МОЛОДІ

АНДІТ

УЧЕБНИК
СУДІЯЩІХ

СУДІЯЩІХ

ПЕРЕВОД БІЛОРУСЬКОГО ВАГІ

ІЗ ТВІРЧИХ ПІДАРЖАНИХ

ІЗДАВАТЬ

О. І. МІЛЛЕР

ІЗДАВАТЬ

ІЗДАВАТЬ

І. О. ФІЛІПРІЙСЬКИЙ

ІЗДАВАТЬ



J. J.

PROPÆDEVMATA ETHICA.

§. I.

OVanquam omnem, quæ *τεχνὴ ἀνθρώπων*, Philosophiam illiusque alteram in primis partem, quam ETHICAM vocamus, compendiis institutionibusve tradere aggressi sunt multi, tamen suum, ad quem collimarunt scopum, attigerunt pauci. Cujus quidem rei quæ sit ratio, inventu haud difficile est. Non pauci namque Ethicam non ex sua, quâ gaudet, dignitate & amplitudine metientes intra angustos coarctarunt limites, eamque undecim ferè virtutum vocabulis cum enumeratione dissidentium de ultimo fine sententiarum absolvi putarunt. Alii etsi paulò longius progressi his adhuc alia adjecerint, tamen Analyticæ, sine qua nec demonstrationes nec ullam haberri posse scientiam certum est, non satis imbuti notitiâ hanc de moribus doctrinam nec eō, quō par est, ordine, nec justâ ubique methodō tradiderunt, sed omni præposteritatis & trajectoris licentiâ, priora posteriore, posteriora priore loco ordinarunt, nec apodicticis, scientiæ morum producendæ unicè accommodis, sed

A 2

pro-

probabilibus saltim & dialecticis atque ad veri similitudinem conflictis, argumentis merisque conjecturis totum negotium feliciter confici posse non sibi solum, sed & aliis persuadere in animum induxerunt, adeò ut inter ceteras depravatæ Philosophiæ pravorumque in ea existentium dogmatum causas defectus Analyticæ artis & hinc nata *αινειδεία* ut præcipua à genuinis quibusvis semper habita & etiamnum habeatur Philo-

(a) tom. I. sophis. Audiamus ea de r^a (a) *Hispanum vividissimum Joan. Ludov. Vivem:* Neg*g* dici potest, ait, quos de causis errores in se admiserint veteres Philosophi ducti levissimis argumentis, quod rationem at*g* artem colligendi ignorantent. Cujusmodi sunt ea, propter quæ Epicurus asseruit, voluptatem esse S. Bonum; Anaxagoras, omnia esse in omnibus; Stoici virtutes animalia esse, & alia, quæ passim sunt obvia illis, qui antiquorum legunt pla-

(b) Dissert. cit. Et (b) Michaelem Piccartum, qui quô locô ambitio-
XV. de cau- nem, ignaviam, temeritatem, avaritiam, aversionem
sis corruptæ confessionis errorum, pertinaciam, ignorantiam, invidi-
Philosoph.

am & id genus alias depravatæ Philosophiæ causas ac
pestes eruditè explicat, tandem etiam in malis Philoso-
phiam corruptentibus hunc, quem diximus, defectum

(c) th. 42, exsertè his ponit verbis: (c) *Hac quæ ordine commemo-
ravi mala videntur delere nobis veteris Philosophiæ
splendorem, bis accepta ferenda est labes tot seculorum,
quibus accedit locô quidem hic postremum, sed vi ac no-
cendi efficacia facile primum: neglectus doctrina Ana-
lyticæ sive genuini τῆς ἐπισήμης τέρπω, quem Aristoteles
ἀπαιδευτικῶν αὐλούνων appellat & in veteribus re-
prehendit 4. Metaphys. c. 3. & c. 4. ἀπαιδευτικῶν αὐλῶν.
Alios præposterus affectus, & falsa, quibus imbuti, prin-
cipia ac hypotheses à recto tramite transversos egere,
religi-*



religioni sibi ducentes, si vel latum unguem à magistri
fui, cui maximè addicti, placitis semelq; conceptis op-
tionibus recederent, quô in Philosophia, cum primis
morali, nihil pernitosius esse solet. Alii linguarum
& in primis Græcæ, quâ quicquid ad nos ex veteri Phi-
losophia derivatum boni consignatum est, notitia de-
stituti suis interpretationibus moralia misere detorse-
runt veterumque dogmata admodum depravata exhibuerunt. Alii aliis destituti subsidiis hanc morum Phi-
losophiam non leviter affixerunt illiusque progres-
sum insigniter retardarunt.

§. 2. Ne igitur & nobis Ethicam tradituris
idem quod illis accidat, omni in id cura ac studiō in-
cumbemus, ut, quoad ejus quidem fieri potest, scopu-
los, in quos illi irruerunt, prætervehentes unumquod-
que ex suis principiis ac fundamentis, non neglecto,
qui moralibus debetur, ordine, deducamus quæq; vel
bonis moribus vel principiis moralibus vel ordini dis-
sentanea vel aliás indistincte nimis ab aliis prolata
aut penitus omissa sunt corrigamus ac suppleamus.
Quod ut modestè & citra ullius præjudicium facere a-
nimus est, ita non desperamus benevolā prudentū
judicia.

§. 3. Id ipsum verò ut eò expeditius fiat, pri-
usquam ad ipsa hujus artis penetralia contendamus,
paulisper in illius vestibulo subsistendum videndumq;
quodnam ejus nomen, quæ definitio, quæ partes, quis par-
tium ordo, quod objectum quæ methodus & id genus a-
lia. (d) Quamvis enim de his & similibus instituta (d) Stahl.
doctrina ad nullius adeoque nec Ethicæ essentiam nec Instit. Lo-
integritatem pertineat, cum nulla disciplina sibi ipsi gic. proœm.
subjiciatur aut sub suo objecto contineatur, nec nisi Zeidl. Ana-
lys. Post. lib.

3. c. 3. §. præludio illa vel iis, quæ (e) Aristoteli ἐξωτερικός dicuntur.

4. p. 683. tur, orationum exordiis similis sit; tamen quia hacten

Zabarell. 2. nus obtinuit usus, ut hæc ipsa statim in limine tradande meth. c.

4. (e) 3. Rhetor. c. 14. tur, idèo ne aut consuetudini huic refragari aut Ethicam sine præcognitis tradere videamus, in exponendis talibus hac vice nonnihil morabimur, si prius de *hujus doctrina*, quæ vocanda sit, nomine paucis dispexerimus.

§. 4. Ex compendiis Auctorum, quæ prostant, nemini incognitum esse potest quantopere illi in appellatione hujus doctrinæ varient & modò παιδεία, modò εἰσαγωγή, modò aliis eam designent nominibus. Sed enim παιδεία quod attinet notionem, quemadmodum ab hac prœemiali doctrina oppidò diversa est, ita huic illam accommodare aut hujus illam nomine

(f) 1. de dignari non licet, cum παιδεία ex (f) mente Philosophi partibus a- & Græcorum illius Interpretum nihil aliud quam facultatum. c. 1. tatem εὐσόχως perspicaciter judicandi τὸν αλώς ή μη κα- in princip. λῶς αποδίδωσιν ὁ λέγων, quid rectè aut secus à docente ex-

ponatur, significet, quâ omnino destitutus esse potest, qui ceteroqui nominis, definitionis, objecti, finis aliorumq; ad hanc doctrinam pertinentium scientissimus est. Multò minus alteram notionem ad præsentem doctrinā designandam usurpare licet, cum hæc ea tantummodo, quæ, ut dictum, ipsius Scientiæ nomen, objectum, finem & cetera extra ipsam Scientiam posita attinent, exhibeat, ad interiorum autem tractationem nunquam se demittat, εἰσαγωγή autem utrorumque, licet compendiariam, nobis sistat. Nobis igitur his & id genus aliis, utpote minus congruis appellationibus suis relictis Autoribus, universam hanc præliminarem ac propædeuticam, quæ Ethica etymon, definitionem, objectum, partes, methodum & id genus alia ante illam

præco-



præcognoscenda tradit, doctrinam, ut inscriptio & titulus monstrat, salvō tamen meliori cūjusque judicio
~~τεχνηταὶ μάθηματα~~ aut τεχνηταὶ μάθηματα Ethica nuncupare, placuit ad imitationem (g) Platonis (h) Suidæ (i) aliorumq[ue] Græcorum, quibus doctrina Theologicis præmis-
sa & in universum τὰ περὶ τὰ μαθήματα ante Theologiam aut alias disciplinas doceri solita τεχνηταὶ μάθηματα vel τεχ-
νηταὶ μάθηματα vocantur.

§. 5. Primum verò quod in hac proœmiali doctrina considerandum occurrit Ethice nomen est. De quo quin Græcum sit omnino nulla, quamvis cui præcisè ex Græcis vocabulo natales debeat, haud perexi-
gualis sit. Nos lictis perquam ridiculis absurdisque
(k) Versoris, Dorbelli, aliorumq[ue] notationibus, Ethicam (k) Andr.
vel δοῦλος ἡγεμόνος, more vel δοῦλος ἐργαζομένος consuetudine seu dissert. Etb.
affectione, ab illo quidem immediate & proximè, 1. th. 8.
ab hoc mediata & remotè deducimus, sumtā moris no-
tione (l) nec pro instituto patrio, nec profrequenti se- (l) Sext.
piusque etiam sine ulla ratione repetito operandi modo, Pomp. Fest.
sed pro actibus hominum sapius repetitis iisq[ue] liberis ac lib. XI. de
voluntariis, in quib[us] dirigendis cum Ethica in primis oc- verb. vet.
cupata sit, inde disciplina de moribus vel moralis audit. signif.

§. 6. Cave tamen ne ἐργος seu consuetudinem,
ex qua hanc nostram de moribus doctrinam mediate
denominatam diximus cum ἀσκήσει seu exercitatione
confundas, cum illâ virtus, hâc ars acquiratur, illâ idem
numero actus toties repetatur idemque facilius atque
libentius fiat, hâc assidue plus aliud quid adjiciatur ea-
demque fiat facilitate, sicuti de Milone Crotoniate,
quem (m) Cicero ex lateribus & lacertis suis nobilita- (m) in Ca-
tum scribit, compertum habemus, ipsum, cum quoti- tone Majo-
die vitulum humeris gestasset, tandem etiam tauro ge- ri-
rendo fuisse.

§. 7.

(g) VII. de
Republ. p.m.
536. lit. D.
(h) in voc.
τεχνηταὶ μάθη-
ματα.

(i) Synes.
in Dione p.
41. D.

(k) Versoris, Dorbelli, aliorumq[ue] notationibus, Ethicam (k) Andr.
vel δοῦλος ἡγεμόνος, more vel δοῦλος ἐργαζομένος consuetudine seu dissert. Etb.
affectione, ab illo quidem immediate & proximè, 1. th. 8.

(l) Sext.
Pomp. Fest.
lib. XI. de
verb. vet.
signif.



§. 7. Duobus autem modis Ethicam à Philosophis acceptam novimus: (i) UNIVERSIM pro totius Philosophiae Practice ambitu, prout ea non Stoici solum sed & Epicurei usi videntur. De quibus Seneca quicq; vitas Philosophorum descripsit, Diogenes Laertius, quorum ita de primis (n) ille Philosophia tres partes esse dixerunt & maximi & plurimi Auctores, Moralem, Naturalem & Rationalem. Prima componit animum, secunda rerum naturam scrutatur, tertia proprietates verborum exigit & structuram & argumentationes, ne vero falsa surrepant. Ceterum inventi sunt & qui in pauiora Philosophiam & qui in plura diducerent. Quidam ex Peripateticis quartam partem adjecerunt, Civilem (Politican) quod quandam propriam exercitacionem desideret & circa aliam materiam occupata sit; quidam adjecerunt hanc pa. Nam Graci οἰκονομίην vocant administranda re, similiaris scientiam; quidam & de generibus vita locum separaverunt. NIHIL AUTEM HORUM, adjicit, INILLA PARTE MORALI NON REPERITUR. Et quibusdam interjectis: Ergo cum tripertita sit Philosophia, moralem ejus partem primum incipiamus disponere. Quam in tria rursus dividi placuit, ut prima esset inspectio suum cuig; distribuens & estimans quanto quidq; dignum sit &c. Secunda de impetu; Tertia de actionibus. (o) Et de posterioribus: Epicurei duas partes Philosophiae putaverunt esse, Naturalem atq; Moralem, Rationalem removerunt. Consimilia de Stoicis (p) in vit. (p) Laertius. Tripartitam esse, ajunt, Philosophiae rationem, aliam quippe Physicen, Ethicen aliam, Tertiam Citt. lib. 7. Logicen. Sic autem primus divisit Zeno Citticus in lib. p. 395. de Orat. Chrysippusq; de Orat. atq; in 1. Physic. &c. (q) in vit. Et (q) ejusdem de Epicuro ac Epicureis: Tres igitur in Epic. lib. 10 partes

(n) Epist.
89. p. m.
397.

(o) cit. l.

(p) in vit. (p) Laertius. Tripartitam esse, ajunt, Philosophiae rationem, aliam quippe Physicen, Ethicen aliam, Tertiam Citt. lib. 7. Logicen. Sic autem primus divisit Zeno Citticus in lib. p. 395. de Orat. Chrysippusq; de Orat. atq; in 1. Physic. &c. (q) in vit. Et (q) ejusdem de Epicuro ac Epicureis: Tres igitur in Epic. lib. 10 partes



partes & ipse Philosophiam divisit. *Canonicam*, *Phy.* p. 609.
sicam & Ethicam. *Canonica* igitur illa accessum continet
ad opus, & agitur de illa in libro, qui inscribitur *Canon*.
Porro *Physica* naturae totam speculationem continet, de
qua in libb. naturalium triginta octo atq; in epistolis per
elementa differitur. *Ethica* vero de electione & fuga
differit, quæ in voluminibus de vitiis & epistolis ac lib. de
fine tractatur. (2.) PARTITIM & strictè pro altera eaq;
nobiliore Philosophie practica parte, de S. Bono, ultimo
actionum humanarum fine, agente & Politicæ sensu
speciali ita dictæ, ut ejus comparti, cum qua totum per
analogiam sic dictum integrale constituit, contradic-
stincta. Cujusmodi significatus hodie propemodum
in scholis obtinet, eoque sensu accepta *Ethica* ratione
objecti ab Aristotele τὸ ηθον, *Politica* quæ circa mores
versatur, ab aliis per synecdochen totius pro parte,
Philosophia moralis, *Scientia morum*, *Philosophia pra-
ctica*, *Prudentia*, *Philosophia τὸν τὰν ἀρετῶν* & id ge-
nus aliis insignitur nominibus.

§. 8. Atque hoc ultimò modò acceptam *Ethi-
cam* ita delineare placet: Est pars Philosophiae
Practicæ prior, finem illius & quæ ad hunc
spectant, declarans.

§. 9. Pro cuius intellectu oppidò necessarium
est intelligere quam *Ethica* ad *Philosophiam Practicam*
relata rationem habeat, speciei an partis? Cum haud
per exigua ea de re inter *Doctores morales* lis sit & spe-
ciosis utrinque rationibus certetur. Ab illorum parte
stat (r) Celeberr. Dn. Conringius hac in primis nixus hy-
pothesi, quod felicitas humana à civili societate non (r) c. 6. de
pru-
nisi per accidens dependeat, eamque assequi detur non dent. p. 81.

B

qui- 82, 95.



quidem extra omnem societatem, citra tamen societatem civilem, cum omnis generis Virtutum exercitium ab homine in ceteris, civitate minoribus, societatibus haberi, perque illud vita, quantum ad eam satis est, feliciter transigi possit, etiam si extra omnem omnino societatem civilem constitutus sit & procul ab ea absit. Nec obesse felicitati humanæ aut illius evertere existimat essentiam, si vel maximè non semper omniq; tempore homo propter externorum requisitorum defectum omne virtutis negotium peragat, cum ad eandem omnino satis sit, si modò paratus sit quacunq; data occasione ejus nihil intermittere. Adhæc ad vitæ hujus necessitates explendas non adeò necessarium esse, ut homo in civitate degat, cum intra recti fines exercita cupiditas, fatente etiam Philosopho, parvò contenta sit paucisque vita indigeat. Et quod nunc adeò multis in vita opus sit, id non tam naturali egestati quam potius insatiabili hominum cupiditati opinionique, omnium rerum quamvis luxuriosam abundantiam sectantium adscribendum esse, cum DEUS hominem, ipso Salomone teste, creaverit rectum, h. e. simplicem & parvò contentum primorumque nostrorum parentum vitam omnino ignaram ejus fuisse luxuriæ, et si omnium prudentum judicio in aurea tunc & beatissima constituti fuerint ætate ac felicitate.

§. 10. Hæc & id genus alia, quæ summus Vir pro utriusque & Ethicæ & Politicæ integritate ursit, quamvis haut immerito vel solius auctoris nomine veneramur, tamen opposita sententia sicuti receptior ita firmioribus argumentis niti videtur. Quod ut appareat, repetendum hic ex Analyticis est, quod cuiusque Scientiæ unitas & diversitas ex unitate ac diversitate sub-



subjecti generis vel objecti formalis & primorum in-
primis principiorum pendeat, ita quidem ut illa sci-
entia, ex mente (*s*) Aristotelis & (*t*) Græcorum illius (*s*) *I. Post.*
Interpretum, *uia n̄ ēt̄eg* una vel diversa sit, quæ subje- *c. 24.*
ctum genus sub iisdem aut diversis principiis atque sub (*t*) Philop.
eadem vel diversa ratione considerat, cum, ut (*u*) Tho- *¶ Themist.*
m̄as de Aquino & ex eo (*x*) Toletus notant, *¶ scire mo-* *in comment*
tus aliquis rationis sit ¶ *operatio quedam animæ in* *ad b.l.*
res. Sicuti autem motus speciem sumunt à terminis (*u*) *lett. 41.*
indeque præcipue unitatem accipiunt, ita scientiæ à su- (*x*) *com-*
is objectis veluti terminis, quæ quia in Theoreticis *¶ ment. in c.*
yere, ut vocantur, *¶ toto ciueva*, in practicis fines sunt, *24. I. Post.*
sponte inde fluit, unam ibi aut diversam esse oportere *quest. I. in*
scientiam, quæ idem aut diversum subjectum genus, *respons. ad*
eandem hīc aut diversam, quæ eundem aut diver- *I. argum,*
sum finem agnoscit.

§. 11. Cognitò ergò unde scientiarum unitas
aut diversitas pendeat, jam porrò videndum erit, num
practicæ disciplinæ unus idemq; finis an multiplex sit?
Pro cuius questionis solutione tenendum, non indi-
stinctè quemlibet actuum humanorum finem Philo-
sophiæ morali propositum esse, sed, omnibus consen-
tientibus Philosophis, summum eumque ultimum, (*y*) (*y*) *Cicer.*
ad quem cuncta referri oporteat, ipse autem nus- *I. de fin. 9.*
quam, quiq; omnium bonorum complexio, summum
morale bonum, & $\pi\lambda\Theta$ sive finis per excellentiam di-
citur. Quod si hoc, certè nisi pugnantia & ea dicere
volumus, quæ sensum, qui rem exprimat, nullum ha-
bent, Philosophiæ Practicæ non possumus duo supre-
ma & ultima bona aut fines attribuere, cum hoc pactò
neuter esset summus ac ultimus, neque mens aut appe-
titus noster quidquam, in quo tanquam in extremo



consisteret, haberet. Quocirca aut afferendum nobis erit, unicum summum bonum, quodque cum hoc membro indivulgò junctum nexu est, unicum numero habitum practicum dari, aut statuendum, neutrum tale esse. Posterius propter incommoda & incongrua inde sequentia dici nequit, admittendum igitur erit prius.

(z) I. ad

Nic. c. I.

§. 12. Idem, quod diximus, etiam ex clarissimis Aristotelis testimoniiis intelligi potest. (z) Illustris ejus rei locus statim in principio librorum Ethic. ad Nic. habetur, ubi, postquam de S. B. agere ejus quæ reliquarum facile princeps ac domina est, scientiæ esse quibusdam argumentis evictum dederat, tandem hæc subjugavit. εἰ γὰρ ταῦτα ἔσιν εὐὶς πόλει, μεῖζὸν γε καὶ πελεύστερον τὸ τῆς πόλεως Φαίνεται καὶ λαβεῖν καὶ σώζειν. αἴγα πηπόνι μὴν γένεται εὐὶς μόνῳ, καὶ λλιον καὶ θειόπερον ἔθνει καὶ πόλεσιν. Quamvis idem sit unius \mathcal{E} civitatis bonum, tamen bujus consequi \mathcal{E} conservare bonum majus \mathcal{E} perfectius esse videtur: præclarum enim cum sit vel unius illud contingere, quanto præclarius ac diuinius gentibus ac civitatibus illud conciliari. Consimilia his

(a) I. Polit. passim in (a) Politicis.

c. 2. 7. Po-
lit. c. 2, 3,
I5. \mathcal{E} c.

§. 13. Sed ut regeramus & quædam ad argumenta contrariæ sententiæ adferamus, quorum præcipuum illud est, quod S. Bonum morale homo consequi possit, etiamsi extra omnem cœtum civilem constitutus sit: videtur hoc nobis pugnare cum insigniori S. B. conditionum aliqua, quam Philosophus ex parte possidentis seu ejus, in quo est, exigit, $\alpha\bar{\nu}\lambda\alpha\epsilon\kappa\epsilon\alpha$ nimis. siv. sufficientia, quæ non eō præcisè absolvitur, quod possidenti solùm, verū etiam parentibus, uxori, liberis, amicis, civibus omnibusque quibus lege

natu-



naturæ & officii ratione aliquid debet, satis sit, sic ut ista
ἰκανότης & ἀντάρεια non ex possidentis tantummodo
persona, sed aliorum quoque, maximè verò civium, ad
quos ea terminatur, æstimanda sit. Juvat ipsius hanc
in rem (b) Philosophi verba subjungere. Sic ille: Φαί-
νεται δέ τοι εἰ τῆς αὐταρείας τὸ αὐτὸ συμβάνειν. τὸ γδ τέλει-
ον αγαθὸν αὐταρεῖς εἶναι, δοκεῖ. τὸ δέ αὐταρεῖς λέγομεν δικαίων
τῶν μόνων τῷ ζῶντι βίον μονότην, εἴλλα καὶ γονέων, καὶ τέκνων,
καὶ γυναικὸν καὶ ὅλως τοῖς φίλοις καὶ πολίταις. ἐπειδὴ φύσει
πολιτικὸν αὐτρωτόν. Id verò bonum, quod absolutum
sive perfectum est, videtur in se habere id, quod est satis.
Satis autem esse cum dicimus, & id dicimus, non quod
sibi soli vitam solitaganam & solitariam agenti, sed
quod parentibus etiam ac liberis & conjugi, & univer-
sim amicis ac civibus satis est: quadoquidem homo ad
vitam societatemq; cívilem natus est.

(b) I. Eth.
c. V.

§. 14. Quod ad rationem attinet pro primo
argumento allatam, illud equidem libens agnosco, pos-
se temperantiam, mansuetudinem, & id genus virtutes
alias etiam extra civitatem in societatibus eâ minori-
bus exerceri, sed virtuosæ ejusmodi actiones tamen
privatam duntaxat possidentis aut paucorum socio-
rum salutem attinent, nec dubitandum est, quin ali-
quod adhuc suæ perfectionis complementum accipi-
ant, si quoque ad publicum civium emolumentum re-
ferantur: quo enim pluribus quis virtute sua prodest,
eo perfectior ac dignior quoque est actio. Ultimum
civitatis bonum ut ut re ipsa idem est quod ultimum
bonum hominis, quatenus tamen commune est totius
civitatis bonum, potius ac perfectius, ut antea dictum,
censem: quod dignior autem atque perfectior ceteris
paribus est finis, eo nobilior atque perfectior ipsa, quæ

B 3 ad



ad hunc tendit, actio est. Ut hinc summa hominis in
hac vita perfectio non tantum in eo, quod beatum in
ordine ad seipsum, sed & in his, quæ ipsum in ordine ad
alios, maximè verò cives, perficiunt, consistat. Et hoc

(c) s. Eth. fortè respexit (c) *Philosophus*, utpote cui illa demum
c. 3. perfecta virtus audit, quando qui eam habet non so-

lum secum sed cum altero etiam virtute uti, eaq; quæ
alteri conducunt aut principi aut Reipublicæ agere

(d) Dialog. potest. Et apud (d) *Platonem Socrates*, quando non
Charmid.

qui Oper. semel σωρεγνύσθαι temperantis esse, ait, μὴ τὰ τὰ εἰαυτά
eius tom. 2. μόνον, αλλὰ καὶ τὰ τῶν ἄλλων ἡ αλλοτρίων περιήγησις, non sua

habetur, p. solum & privata, sed ea etiam, quæ aliorum adeoq; ipsius

civitatis sunt curare atq; agere, eosq; qui temperantiam

esse res suas tantum agere existimant, veluti *Charmi-*

dem & Critiam, hoc nomine perstringit.

§. 15. Quod porrò adferebatur: haudqua-
quam S. Boni essentiam tolli, quando propter requisi-
torum inopiam non usquequaque homini virtutes ex-
ercere permisum est, cum, ut quis virtuosí nomen su-
stineat, satis sit virtuosè agendi animus & promptitu-
do: ad id reponimus quod defectus iste S. Bono nul-
latenus obsit, aut ejus evertat essentiam, dummodo
non illius, qui ab hujusmodi exercitio prohibetur, cul-
pā contrahatur. Et ratio illa valida est eo casu, quan-
do non copia datur majoris alicujus ordinatæque so-
cietatis. Quod si verò quis tale vitæ genus sibi eligit,
ubi nulla fermè nobiliorum virtutum relicta materia
est, seque illi subducit occasio, ubi non tantum suæ
& aliorum succurrere indigentia ipsamque juvare
rempl. & potest & ex rectæ rationis præscripto tenetur,
sed præterea animum quoque omni virtute potest
perficere, non potest non requisitorum defectus & plu-

rima-



ritarum virtutum, quæ ex illo resultat, intermissio
indeq; felicitatis quædam imminutio contingere, cum
causæ causa etiam causati causa sit. Appositè hanc in
rem (e) Plato : ἔκας Θημῶν εὐχάριτος μόνον γέγονεν, αἴτια (e) Epistol.
τῆς γενέσεως ήμῶν τὸ μέν δὲ η πατέρις μερίζεται, τὸ δέ διοιγεν- IX. Archy-
νήσατες, τὸ δὲ οἱ λοιποὶ φίλοι. Non nobis solum nati su- tæ Tarent.
mus, sed ortus nostri partem patria, partem parentes, inscripta
partem amici vendicant.

tom. 3. p.

§. 16. Denique & de eo dubitandum, utrum ad vitæ hujus indigentiam explendam non opus sit so- cietate civili. Etsi enim demus vitam hanc paucis contentam esse, necessitatibusve illius utcunq; ex- plendis simplices & civitate minores societates valere, tamen quia non adeò commodè, ut in civitate, ubi fer- mè omnium rerum copia suppetit, nostra aliorumq; expleri potest indigentia, nisi tot tantisque, quæ civitas fert, commodis te defraudare & præcipuarum virtu- tum laudisque tollere velis materiam, omnino civilem expertas confociationem necessum est. Benè (f) (f) Operis
Grotius : Voluit Naturæ Auctor (DEUS) nos singulos de Jur. B.
& infirmos esse & multarum rerum ad vitam rectè du- & P. Pro-
cendam egentes, quo magis ad colendam societatem legom. n. 16
(maximè civilem τὴς πάσης ἀνθραικας πέρας ἔχεσσα)
raperemur.

(f) Operis
de Jur. B.
& P. Pro-
legom. n. 16

§. 17. Locus ex (g) Ecclesiaste qui profertur, Venerandis Dominis Theologis docentibus, non de simplicitate aut frugalitate loquitur, sed hunc sensum habet : DEUM hominem rectum, id est, sapien- tem, justum & sanctum condidisse, sed ipsum à con- creata illa rectitudine mox declinasse & cogitationes pravas, obliquas & ab ea, quam DEUS ipsi primum in- diderat, rectitudine planè alienas quæsivisse.

(g) c. 7. v.
30.

.§. 18.



§. 18. Ad extremum boni viri à bono cive discrimen quod attinet, ut non omni civitati honesta ci- vium vita proposita est, quamvis cuilibet ea proposita esse debeat, sed civitates non minus ac singuli homi- num non raro à felicitate vera aberrant, & hanc aliæ in opibus, aliæ in honore ac gloria, aliæ in voluptatum affluentia tantum, aliæ aliis in rebus quærunt; ita non mirum, si in ejusmodi corruptis & virtutum incuriosis rebus publicis non eadem boni viri bonique civis vir- tus est; in rectis interim civitatibus & optima impri- mis, quæ veram beatitudinem affectat & ceterarum, quæ paucioribus numeris tales sunt, mensura consti- tuitur, discrimen illud aut omnino nullum aut adeò perexiguum est, ut inducendo specifico inter Ethicam & Politicam discrimini omnino impar sit.

§. 19. Atque ex his, quæ diximus, jam evidens est, Ethicam non integrum & completum habitum à Politica specie distinctum, sed unius integri & totalis habitus practici partem esse cum Politica strictè sic di- cta unum completum & perfectum habitum constitu- entem. An autem ea in ordine ad Politicam tanquam sui comparatem partis generalis ad specialem an verò prioris ad posteriorem rationem habeat? ulterioris est indaginis. Plerique priori subscribentes sententiae Ethicam à Politica ut partem generalem à speciali dif- ferre, illamque non de fine solum sed & de subjecto ac mediis, generaliter tamen & in communi, hanc de iis- dem, sed in specie præcipere existimant. Et inter hos ex recentioribus apertè stat *Henr. Julius Scheurlius*, *Philos. Mo-*
(h) Dissert. *ral. 1. §. 99* *p. 48.* qui quò loco Practicæ Philosophiæ partitionem insti- tuit, duas eam in partes, *Communem & Propriam*, di- stinguit, *Communemq;*, quam generalia rectè vivendi præ-

præcepta tradere, omnesq; ac singulos omnium ordinum homines, ut in hac vita felices esse possint, ad virtutem assuefacere afferit, *Ethicam* sive *Moralēm* strictè sic dictam; *Propriam* verò, quæ de magistratus ac subditorum officiis disputat, totamque civitatem beatitudine civili imbuit, *Politicam* sive *Civitem Sapientiam* appellat. Clarius adhuc (i) in *dissertationum Moralium* altera, ubi, cum de utriusque & contemplativæ & Activæ Philosophiæ necessitate hujusq; apud veteres cultura ac diverso eam tradendi modo, *Dogmatico*, *Parænetico* & *Characteristico* aliisque differuerisset, simulque *Carolum Franciscum d' Abra de Raconis*, qui *Ethicam* verè ac propriè dictam scientiam statuerat, pluribus (jure an *injuria deinceps videbimus*) perstrinxisset, tandem etiam de partibus acturus ita insit: *Agendum nunc porrò de ejusdem (Ethicae) partibus, quæ sicuti in omnibus disciplinis practicis ita in hac quoq; tres sunt precipua: Finis, Subjectum & Media.* Et finis quicquid ut cognoscatur, ultimus præsertim, prorsus necessarium est, cum propter illum actio omnis instituatur, &c. Et variis circa objectum allatis sententiis, mox suam circa illud mentem aperturus, subjicit: *Nos horum quatenus felicitatis civilis capax est, vel si magis immediatum queras subjectum, actiones humanas voluntatis, quatenus per præcepta bene vivendi ad horum & finem ultimum dirigi possunt, statuimus &c.* Tertium deniq; in *Ethicis locum*, sicuti etiam in omnib; aliis disciplinis Practicis, Media sibi vendicant, quorum ope introduci finis in subjectū & potest & debet. Ea sunt virtutes, semi-virtutes & cum Virtute conjuncta &c. Nec alia mens (k) Job. Gerb. Vossii, (k) lib. de qui non solum tres Ethicæ attribuit partes, finem subiectum & media, illumque beatitudinem civilem, istud

Philos. c. 18
§. 9.

C

ani-



animam humanam, hæc virtutes appellat, sed & Ethicam per eam Philosophiæ practicæ partem delineat, quæ prudentiæ communia præcepta ex principiis naturâ notis explicat.

Eundem in sensum Jacobus Martini, Conradus Hornejus, Michael. Wendelerus, Job. Geil-

(l) Proæ-
mio lib. I. c.
2. Phil. mor.
(m) Synop-
fusus aliig. recentiorum: estq; hæc communis ferè Scho-
seos Eth. lib. lasticorum sententia, nisi quod hi in eo ab illis abeant,
I. c. 2. p. 6. quod subjectum Ethices hominem solitariū nec nisi vi-
tæ seqq. tam Monasticam degentem constituant, de quo postea.

(n) lib. I. §. 20. At alii his adversam tenent sententiam, Phil. pract. contendentes, Ethicam à Politica non ut generalem à p. 6.

(o) Eth. ex-
empl. exer-
cit. I. n. 2. speciali, sed ut priorem à posteriore differre, illique solius finis, huic subjecti & mediorum tractationem propriam esse, idq; adeò ex Philosophi libb. Nicomachicis in primis, manifestum esse, ut nulla omnino ea in re probatione opus sit. Ex illis primò nominamus supra lau-

(p) diff. Po-
lit. de origi-
ne & divis.
reip. Philos.
Altdorffinæ
inserta th. I.
& seqq. p.
507. datum (p) Michael. Piccart. Sic ille: Philosophiam Præticam ordine Analytico ab Aristotele nostro scriptam, nobis certum est. In eo autem primò loco considerandus ve-

nit finis, deinde subjectum, tum media finem subjecto accomodantia. Et cuiusq; descriptione sigillatim interposita, mox, quidnam finis quidve subjecti ac mediorum denominationem in Philosophia practica subeat, ita determinat: Finis igitur est èudæquovia, b. e. felicitas s. beatitudo: inventas enim in hunc finem sociates constat, uti hominibus benè beateq; esset. Hic finis consideratur à Philosopho in libb. Ethicis, in quibus ordine hec docet: An sit aliquis finis ultimus, in cuius adeptione èudæquovia s. felicitas illa consistat? quibus nominibus veniat? quæ de eo veterum opiniones? quinam ille verè? quæ ejus natura & in qua re potissimum constat? quomodo acquiratur & quæ deniq; sint ejus cognata, repugnantia & accidentia. Inde in iibris Politicis initio considerat subjectum, in quod felicitas illa siv. finis introducendusest,

id v.



id v. est civitas. Quod subjectum initio considerandum est, antequam de mediis agatur, ut adparere possit, sit ne subjectum tale, quod sit capax hujus finis Ἐ. *Consimilia his in Iagoge in lectionem Aristotelis sive hypotyposi totius Philosophiae Aristotelicae (q) Idem sentiunt (r) Jac. Thomasius, (q) c. 28. §.*
(s) Jason Denores, (t) Christianus Dreierius (u) Melchior 21. Ἐ seqq. Zeidlerius, quosque ut ὁμοψίφες laudat. Piccartus, (x) (r) Philos. Felix Accorombonius Ἐ (y) Jac. Mazonius, aliquique ē re- prat. tab. I. centioribus modernisq; Philosophis.

Ἐ 2. Ἐ an-

§. 21. Utuntur autem hi partim *πατασκευασμοῖς* astru- not. in eas. entibus, partim *ανασκευασμοῖς* destruentibus & oppo- (s) de con- fitam sententiam evertentibus argumentis. Ex illorum fit. part. classe hoc veluti præcipuum habetur, quod per inte- Phil. civil. gros X. ad Nicom. libros nihil aliud *Philosophus* egerit, p. 88. quām ut universæ Philosophiæ Practicæ finem, sum- (t) Disput. mum idque ultimum hominis bonum ejusdemque defi- Metaph. p. nitionem & partes partiumque partes, affectiones, prin- 27. cipia, opposita, affinia ac consequentia exposuerit, sic ut (u) Analy- juxta methodum Aristoteli in Ethicis receptam hæc no- post. Ana- fstra morum scientia tota quanta quanta non nisi ultimi lyt.lib.3.c.3 finis enucleatio sit & singula inibi ab ipso tradita Philo. (x) Comm. sopho non alium in finem sint, quam quod vel directè Ethic. vel indirectè ad S. Boni intellectum conducant. Atque (y) in præ- hoc ipsum non ex totius Operis Ethici structura solum lud. Philos. & contexta singulorum librorum capitumq; serie, sed & Aristot. Ἐ exulti libri capitisq; extremo clare conspici posse ex- Platon. sed. istimant, ita enim ibidem *Philosophus* (z) ab Ethicis ad 6. c. 2. Politica transiturus: *ῳδελιπόντων δὲ τῶν πρετέρων αὐτερέου-* (z) c. 10. *νητον τὸ τεῖχος νομοθεσίας αὐτὸς ἐποκέψαθαι μάλλον βέλη-* lib. X. ad or. ἰσως καὶ ὅλως δὴ τεῖχος πολιτίας, ἐπως εἰς δύναμιν ἢ τεῖχος Nic. *αὐθεώπινα φιλοσοφία τελειωθή.* Cum antiquiores negoti- um de legumlatione impervestigatum prætermiserint, melius fortassis est, ut nos ipsi id consideremus atq; omnino de Republ. universim de Republica, ut pro viribus Philosophia, quæ ad hu- manas res spectat, perficiatur atque integra habeatur. Quo in loco quin totius Philosophiæ practicæ partes ac mem- bra,


C 2



bra, quibus ipsa perficitur, Aristoteles complexus sit & ex partibus istis, quæ adhuc in Politicis expediendæ sint, expresserit, nulli dubitant.

§. 22. Sed nec desunt ipsis argumenta *ανασκευασινα*, quibus oppositam sententiam destruunt. Nam quod attinet Virtutes, quæ S. Boni media constituunt, hanc illas ad istud rationem habere negant, cum omne medium quâ tale fini producendo proportionatum esse, h. est. eâ gaudere virtute oporteat, quâ finis in subjectum introduci queat. Hanc ipsam autem Virtutibus vim inesse neminem putant facile admittere, qui civitatis, in qua versatur, sat novit statum, qui hodie hujusmodi est, ut nisi vis adhibetur *αναγκασινη*, ac leges condantur, quibùs refractarii ad officium cogantur, nunquam fore, ut eadem suo potiatur fine. Adhæc inductione constare quæ mediorum denominationem sustinent, ea nunquam sui finis definitionem expressè ingredi, virtutes autem in definitione S. B. (quippe quod *Philosopho actio secundum virtutem optimam & perfectissimam est*) exsertim ponî ejusque essentiam ingredi. Deniq; oppidò inconveniens esse ajunt Virtuti in ordine ad S. Bonum mediorum rationem tribuere, cum Virtus sit habitus, S. Bonum autem *ἐνέργεια sive operatio*. Sicuti autem alias in ceteris habitibus media operationibus, ab ipsis pendentibus, contradistincta sunt, ita eadem & hic à S. B. distingui opor-

(a) i. Eth. tere. Neq; obesse his existimant locum (a) *Philosophi*, qui ad Nic. c. 10 finem Ethicæ, beatitudinem, per virtutem & institutionem obtineri afferit, cum id ipsum minimè eò trahendum sit, ac si virtutes S. B. media sint, sed saltim de virtute tanq. illius causa effectrice ac principio productivo intelligendū sit, nec alio de ea in Ethicis titulo à *Philosopho actum fuerit*, quā quatenus ejus doctrina intellectui S. B. inservit ejusq; essentiam constituit. Atq; idem quoq; de anima hujusq; partibus, intellectu & appetitu, intellectum volunt, quæ in Ethica explicantur non quod illius subjectum sed principum sunt.



RITTER in apricam cupidus
descendit arenam,
Alea jacta bene est! Plau-
dite Pierides!

Generis & Virtutis Nobilitate conspi-
cuo Juveni, Convictori atque
Auditori suo acceptissimo, Imque
scribeb.

N. C. LYNCKER, D. Consil.
Sax. Aulic. & Jur. Fac.
Sen.

Est humilis sensus censeri stemmate tantum
Et solò Gentis sanguine velle sua.
Is non incocta generoso mentis honesto,
Qua nunquam non, quo progrediatur,
habet.

Te, mi Chare, juvant Musa, quibus addere
partis
Laudib⁹, & priscum scis geminare decus.
His animis dum nunc cupis in spectacula
mitti,

Multo successu compreco omne geras!
Generoso & ad omnia summa nato Fauto-
ri suam testaturus promptitudinem fac.

M. Jo. Georg. Müllerus,
Schol. Patr. Rect.

C 3

Poscit



Poscit opem Sophiae nec non conjurat amicē
Humanum quicquid perpolit ingenium.
Hoc ut persuasum scimus Tibi, sic neque de Te
Post exspectamus quod mediocre siet.
Generosi DN.Respondentis Auditoris sui perindu-
strii pulcerima quæq; minanti virtuti dabant Imq;
P R A E S E S.

GElten dürfen nicht der Jugend
Aus gesetztem Circul gehn;
Ritter müssen Muth und Jugend
Durch berühmtes Thun erhöhn/
Und die unerschrockne Hand
Heben über Erd und Sand.

Feinden Faust und Degen Zeigen
Und den festbewehrten Sinn
Auf der Unschuld Hülffe neigen
Ist der Tapfern Lob-Gewinn/
Solches macht/ daß mancher Mann
Gold und Wapen führen kan.

Um die Kannen Lanten brechen
Um ein angefülltes Glas/
Sich mit einem Truncke rächen/
Ist ja kein so rühmlich Was.
Das sind keine Künste nicht/
Wenn der Mund von Sauffen spricht.

Ritter / dein erhält Gemüthe
Schwinget sich nach Helden-Art
Mit gewünschter Jugend Blüthe
An der Ehren hohe Fahrt/
Das man auch von deinem Fleiß
Schon genug zu rühmen weiß.

Heu-

Heute thust du gute Proben.
Auch die Weisheit liebet dich/
Die schon manchen hoch erhoben/
Welche nunmehr selbsten sich
Dir zur Seiten stellet ein
Um von dir beschützt zu seyn.

Nun diß sind die wertthen Früchte/
Welche Schweiß und Arbeit trägt.

Gott verleih von seinem Liechte/
Das die rechte Weisheit hegt/
Dir zu aller deiner That/
Seegen/ Hülff und guten Rath!

Dem Herrn Respondenten ihrem Tischgenossen
und werthem Freunde satzte dieses

Ihr. Magnif. des Hn. Hofrath Lynckers
Sämtliche Tischgesellschaft.

We bei Verdruß und Lust/ in allem Thun und Lassen/
Ein hochgesünter Geist sich möge sicher fassen/
Lehrt diese Kunst/ davon im Titul oben steht:
Und dieses ist die Bahn/ darauf ein Ritter geht.

Ein tapfrer Palmen Zweig kan nicht von Hecken stañen;
Drum spielen auch von Ihm des Vaters Zugend-Flamnen.

Der Eltern hoher Ruhm ist Ihme fürgestellt:

So zeigt Er rühmlich sich als einen Musen-Held!

Die theure Zugend-Kunst wird Ihm vor solches Streiten
In der Vergnüglichkeit einst einen Preis bereiten/

Das weder Freund noch Feind Ihn gleichviel schre-
cken kan!

Diß ist mein froher Wunsch/der Himmel nehm' ihn an.

Dem Herrn Respondenten zu Bezeugung seiner Schul-
digkeit fügte diese Zeilen an bey

Friedrich Christian Kipsch,
Queis

QVeis, Generose, cales flammis, has spargis ad astra
Ut rutilans docto fulgor in orbe micet.
Scandis enim cathedram felici sidere, quo Tu
Ceu Ritteriades nomine digna facis.
Pristina sic Patris Generosi vita redibit
Ut tanti semper vivat imago Viri.

Sic bene ominabatur

Philippus Schneider/ SS. Theol. Stud.


Sie Geister/ welche sonst aus Edlen Blut entspringen/
Die zeugen ihre Glut zur Zugend vor der Zeit/
Was aus den Cedern stammt / kan keine Dornen bringen/
Ein iedes Delblat zeigt die süsse Fettigkeit/
Er/ Edler Ritter weist durch seine Zugend-Flammen/
Dadurch der Saal-Athen iezunder wird bestrahlt/
Dass seine Palmen nur aus solchen Wurzeln stammen
Die Kunst/Geschicklichkeit und Zugend hat bepfalt/
Drum muß der Sternen Krafft in seinem Vorsatz fliessen/
Der Himmels-reiche Kuß streut lauter Segen ein/
Und Fama lässt schon Ihm dieses Ruhms geniessen/
Er werde allezeit ein Edler Ritter seyn.

Dieses setzte

Joh. Georg Reinmann.








AB: 154893

AB: 154893

ULB Halle
003 313 859

3



St


UDK



Milcellan
logico.



Farbkarte #13



57.
J. J.
DISSERTATIONVM MORALIVM
PRIMA
DE
**PROPÆDEUV
MATIBVS**
QVAM
BENEVOLO AMPLISSIMÆ FACVL
TATIS PHILOSOPHICÆ INDVLTV
P R A E S I D E
M. JO. JAC. MÜLLERO
FACVLT. PHILOS. ADJ.
PVBLICO ERVDITORVM EXAMINI SVBMITTET
JO. FRIDERICVS DE Ritter /
EQVES SAX.
IN AVDITORIOPHILOSOPHORVM
AD DIEM ~~4.~~ JAN.
A. C. CI C IOC LXXXV.
J E N Æ,
Typis JOH. DAV. WERTHERI.
1685